

Hermann Becker

**Rector Universitatis Rostochiensis M. Hermannus Becker/ Inf. Math. Prof. Publ.
Philosoph. Facultatis hodie Decanus, & ad D. Iacobi Pastor. Ad Victoriam
Resurgentis Nostri Redemptoris devotissima mente recolendam pro ratione
officii sui, omnes Academiae Cives, prolixo, serioq[ue] hortatur : [P.P. sub Sigill.
Rectoratus ... d. 7 Aprilis Anno 1672.]**

Rostochii: Kilius, [1672]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn735970483>


Druck Freier  Zugang



RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
M. HERMANNUS
Becker /

Inf. Math. Prof. Publ. Philosoph.
Facultatis hodiè Decanus, & ad D.
Jacobi Pastor,
Ad

VICTORIAM
RESURGENTIS NOSTRI
REDEMPTORIS
devotissimâ mente recolendam,
pro ratione officii sui, omnes
ACADEMIÆ CIVES, prolixè,
serioq; hortatur.



ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr.

RUL - Progn 1672/1a



Ertè quæ terrarum esse mæstudo solet, cum Sol Oceano mer-
sus, subduxit jubar, effusis qua-
que abest, densissimis tenebris,
eam Pii Fidelesq; haec tenus exper-
ti sunt, ob repetitam memori-
am exspirantis in cruce innocentissimi S E R-
VATORIS, cohorruerunt ad dicta exclaman-
tium Judæorum *crucifige! crucifige!* manantibusq;
lachrymis, huc usque utramque rigarunt faciem.
Ast sacro-sanctam hodierni diei, Paſchatos scili-
cet solennitatem, summâ cum animi lætitia &
veneratione peragunt, exclamantes cum Hiero-
Psalte, *Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus*
& latemur in ea. Hac die vitæ necisque Arbiter,
in conflitu cum Leone infernali succubere vi-
sus, magnificè triumphavit; Hac die mors mor-
ti data, mortalem amisit aculeum: Apud Euse-
bium, fabulam legere est de Filio Terræ, qui for-
tissimo cum Hercule congressus, quoties in ter-
ram pronus ruerat, toties à terrâ tanquam ma-

tre

tre adjutus , potentior in hostem insurrexisse dicitur; Cœlestis Athleta CHRISTUS JESUS, cum infensissimo humani generis hoste pugnam initur, ad hoc cessit, ut resurgeret, ad hoc cecidit, ut nos elevaret. Innumeræ alioquin famosissimas, historiæ prodiderunt Victorias, quæ si cum hodiernâ contuleris, continuò omnes vilescere, & minorum stellarum instar, majori Solis Jubare obliterari sentias. Quintus Flamineus, victoriâ adversus potentissimum hostem Philippum Macedonem obtentâ, Thessala oppugnatâ, mille & ducentis civibus ex Achæorum potestate liberatis, prælatâ peltâ & sarissa Macedonica triumphum egit spectatissimum. Tamyris Regina Scytarum, ducenta millia hostium unâ acie trucidavit, tanta cæde, ut ne nuncius quidem luctuosissimæ cladis superfuerit. Noster vero redivivus vîctor, non orbem tantum universum, sed & orcum in suam redegit potestatē, ruptisque ejus repagulis, validissimos quatuor hostes; Pecatum, Mortem, Diabolum, mundumque; uno iictu prostravit. Et quidem illud huncce Triumphantum reddit illustriorem, quod non cataphractorum validâ manu, multisque militum legionibus accitis, sed Sospitatore nostro solo torcular calcante, non stratagemate, sed aperto Marte,

10(2

obten-

obtentus sit. In humanis præliis illud **axiomā**,
obtinet, quod scilicet *victoria*, capite *Summi Duci*
emi haud *debeat*. Idcirco etiam Israhitæ, Regem
suum Davidem decem millibus æquiparabant, &
ut domi extra aciem relique jactum tutus reside-
re vellet, effictim rogarunt. In *Conflictu ve-*
ro, quem *Rex Regum*, & *Dominus Dominantium*,
haud impigrè cum Dæmone capesset, vitam
impendere necesse fuit. Agnus enim erat **DUX**
N O S T E R, inque agno Paschali Judaico præfi-
guratus, omnino itaque maestandus erat; Vir-
dolorum erat prævisus, maximis ergo doloribus
erat cruciandus; Nec est ut minus bene obid
speremus; agnus quippe interemptus est, ut
Leo de tribu Iuda, Victor resurgeret, totiusque
diabolicæ phalangis potentiam enervaret, qua-
saretque: sepultus est *Dux Vitæ*, ut humano ge-
neri liberum ex sepulchris præstaret exitum;
Non defuerunt equidem omniævo, qui glorio-
sam **CHRISTI Resurrectionem**, in sinistrum de-
torquerent sensum, sed in hisce convincendis,
nullis opus est argumentis. Unicum enim illud
S U R R E X I T, quo compellat mulierculas,
CHRISTUM inter mortuos quærentes, fulgidissi-
mus resurrectionis Dominicæ præco Angelus, id
apud eos præstare sufficienter potest, debetque.

Resur-

Resurrectio igitur Christi, pignus est resurrectionis nostræ. Pulchrè appositequè Paulus, si credimus, inquit, *JESU M*, mortuum esse & resurrexisse, ita etiam Deus, eos, qui obdormiverunt in *JESU*, adducet cum eo; In flumen prolapsus, summumq; adiens periculum, capite adhuc eminentे, etiamsi reliqua membra aquis sunt obruta, spem declinandi periculi haud abjicit; Nos in barathrum mortis detrusi, cum videamus caput nostrum ex hac profundissimâ mortis emersisse abyssō, spem minime fallacem concipimus, futurum, ut & nos qui tanti capit is membra sumus, ē faucibus mortis extrahamur. Comperimur quotidiē NATURAM, quæ Dei potestas ordinaria est, tantarum esse virium, ut excisæ arboris truncus repullulare, & vitam quasi recipere possit. Appropinquante vere, campis gramine, arboribusque Comæ, quarum radices terræ infixæ harent, redeunt; Extra dubitationis proin aleam positum est, quod & nos, qui radici nostræ, vivificanti *CHRISTO* sumus insiti, repullulaturi, vitamque recepturi sumus. Enimvero DEUS omnipotens, melior est naturâ, habetque apud semetipsum, & VELLE & POSSE. O salutiferam Sal-

to} 3

vato-

vatoris Nostri resurrectionem ! O triump-
phantorem magnificum ! Davidi robustissi-
mo Philistinorum Goliathe acie fuso, occurre-
runt mulieres, de universis Urbibus Israël, can-
tantes choreasque ducentes; Hodienum Chri-
stus acie oppressit infernales exercitus; ex-
clamemus ergo sonorâ jubilaquè pariter voce

*Jam Pascha nostrum Christus est
Paschalis idem victimæ.*

Lætemur & exultemus in hac die, lætemur in
domino, & exultemus in salutari nostro. Olim
mundis, egredientibus, & festinantibus saltem,
agnum paschalem libare fas erat; nobis in
regno Satanæ, & hujus mundi, non est obtor-
pescendum, sed celerrimè illud relinquendū.
Abunde haec tenus, GIVES ACADEMICI,
edocti estis, Servatorem nostrum verum agnum
paschalem, proditum, cæsum, ultimoquæ cra-
cis supplicio affectum esse; Percepimus hodiè
eundem à mortuis in vitam revocatum, solutis
omnibus doloribus, hostibusque profligatis.
Utrumq; beneficium, & Passionis, & Resurre-
ctionis, intimis est desigendum sensibus, veni-
endumque in communionem tum Passionis,
tum


tum Resurrectionis Christi ; Renunciantes
mundo , varia perpeti & per innumeras tribu-
lationes ingredi Regnum Cœlorū oportet; Re-
fert Theodorus Siculus, Æthiopibus morem esse,
ut, si Regi membra alicujus mutilatio forte for-
tuna contingat, omnes ejus familiāres id ipsum
spontē sibi decurcent; turpe enim ipsis vide-
tur, Rege crure manco incedente, integris esse
pedibus necessarios, nec omnes & que clau-
dos per vias eum comitari. Si tam effictim
Æthiopes Reges deperibant suos, quanto mi-
n' & quitati convenit, nos, qui Christiani salutari
desideramus, à communione crucis Christi
abhorrende sequamur ergo impigrē ducem no-
strum. Johannes II. Lusitanniae Rex, Consilia-
riorum quendam, acutissimo morbo lecto affi-
xum, aliquando invisiſſe, cernensque decum-
bentem à medicato potu abhorrende, prælibasse
dicitur, ut bibendo subsequeretur & grotus. Sic
prælibantem Christum , imo non tantum
prælibantem, verum etiam diluvium quoddam
passionum epotantem, strenue sequi veri no-
minis Christianum, quam maxime decet; Ne-
mini enim victrix corona incingitur, nisi mascu-
lē dimicaverit. Certemus itaque, O M E I , ac
pugnemus ut corona immarcescibili honore.
mur.

mur. Resurrexit hodie glorioſiſſime noster
Victor, ſurgite & Vos imprimis, O Studioſi Ju-
venes, qui ſc̄pius peccati ſoporem, in altiſſi-
mam, proh dolor! deducit is lucem; Varius
multorum ſc̄pe oculos opprimit ſomnus, &
quidem ſomnus ebrieratis, ne videant quid
ſit ſobrium, ſomnus libidinis, ne animadver-
tant, quid ſit caſtum, ſomnus iracundiæ, ne ad
animum admittant, quid ſit manſuetum; hęc
& hujus generis alia, ſunt profeſtō, iſpsum illud
verum malitiæ & nequitiaſ fermentum, quod
niſi expurgaveritis, nemo veſtrum, ſolennita-
tem hujus Festi, recte decenterquę celebra-
rus eſt. Expergiſcere ergo qui quis dormiſ, Ⓛ
ſurge à mortuis, ſicq; qui SURREXIT
hodie CHRISTUS, tibi
illuceſcet!

P. P. sub Sigill. Rectoratus
ipſo die Paſchæ d. 7. Aprilis
Anno 1672.



tum Resurrectionis Christi
mundo, varia perpeti & pa-
lationes ingredi Regnum Cae-
lestis. Theodorus Siculus, Æthi-
opius, si Regi membra alicujus
tuna contingat, omnes ejus
spontè sibi decurrent; tu-
tur, Rege crure manco inci-
pedibus necessarios, nec
dos per vias eum comitari.
Æthiopes Reges deperibant
nō æquitati convenit, nos, quā
desideramus, à communione
abhorrente sequamur ergo in-
strum. Johannes II. Lusitanorum
quendam, acutissimum
xum, aliquando invisiſſe, ce-
bentem à medicato potu abli-
dicitur, ut bibendo subsequen-
prælibantem Christum, in
prælibantem, verum etiam di-
passionum epotantem, strenu-
minis Christianum, quām mi-
mini enim victrix corona inci-
lē dimicaverit. Certemus ita
pugnemus ut corona immar-



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 116

unciantes
ras tribu-
ortet; Re-
rem esse,
forte for-
id ipsum
psis vide-
e grise esse
que clau-
fflictim.
nto mi-
salutari
Christi
cem no-
Consilia-
cto affi-
decum-
ælibasse
otus. Sic
intum.
oddani
veri no-
et; Ne-
mascu-
El, ac
onore.
murm.